



21
Bl. 89



V I R O

Summe Reuerendo, Clarissimoque

D O M I N O

SAMVELI
CORYLI

aliter *Witschmann* /

Thurocio - Vngaro ,

Sapientiae & liberalium artium Doctore, Poetae

Laureato Caesareo , Pro-Pastori Jechen.

sis Ecclesiae uigilantissimo &c.

Domino Fautori , Cui & Amico summopere

Uenerando , colendoque

recolens Onomasticum

ad VII. Cal. Septembris clo lxxciii

Pietatem testaturus

Witteberga in Saxonibus

mittit

M. DANIEL JESSENSKY *de* KIS JESSEN ,

Thurocio - Vngarus ,

Poeta - L. C. SS. Theol. Stud.

WITTENBERGÆ ,

Licetis Johannis Hakii.

En!
Post annum faustum nunc annua festa,
trecentis plures post noctes, nascitur una dies,
olim Prophæta sacrata, nunc à Poëta sacrandæ,
cum qua memoria Tui oritur, quæ nondum occiderat.

Mearum est partium, ut totus in eo sim,
incumbam, Tibi quo velox assurgere possem.

Quid factò opus est?

In laudes residendo Tuas excurrere vellem,
ni Infinitivus esset, adeoque sine certis numeris,
quia Virtus Tua semper in incremento.

Eveherem Te cœlotenus, neque loco motum,
sed cado declinari non potest, ut Icarus.

Quid? quod faciendum esset, quod Te non reficit.

Laudare à cunctis, sed Te culparis ab uno.

Miror Tuum Tibi displicere, cum suum cuique sit pulchrum.

Culpas non alii; Tu non encomia sentis.

Si plures essent ita cœcutescentes, pauciores essent cœci,
domi talpæ, foris Argi.

Ergo ego semel pro semper faciam,
quod nondum licuit, quod vix aliquando licebit.

Quia discendi ea, quæ jam scio

Cupido incedit & incendit animum,

nempe *idioma*, quod mihi non est proprium,

lingvæ, in qua ferme natus sum,

adeoque patriam, in peregrino solo,

scil. Bohemice inter Saxonas.

Discere dum volo id, invitus discedere cogor,

ab albo monte ficto, ad verum,

Ungarica fraxinus in Bohemicas silvas.

Ergo peregrinabor, ne sim hospes,

studia suspendam, ut felicius studeam,

literis superfedebo, ut vocabulis incumbam,

quæ ut postliminio à limine salutem,

Fortè salurabo vocitatam à limine Prahæ,

docendus maternum sermonem à R. Patribus,

Sclavus à Dominicanis.

In messe, errorum est ampla adenda seges.

Prius tamen, quam discedo, Te accedo,

plurimorum gratulationes additas multiplicaturus.

Quas olim injuste subtraxit regula Pigri,

Has nunc per Falsi iuste dividere nollem.

Faciæ regulam Societatis, cum aliis tacite acclamans:

Jam Tibi semel gratulor, cui nunquam condolui,

precatus regulam Trium: pacem, salutem, honores.

Sic omne, upote trinum, Tibi erit perfectum.

Regula aurea, ferreum abs te amoveat tempus.

Prius quam Tibi: requiescat in pace, canetur,

In regno Martis prognate, in pace quiescas,

Tibi inducens armistitium, aliis inducens bellum,

rot hostes nactus, quot auditores,

cum omnibus promiscuè certans, ordine convenientissimo,

neminem lædens, omnes debellans,

juvenis existens, nec senibus par cens,

Filius, matrem tamen objurgans,

Pater, liberos libere corriprens,

σοφῶν τεστaturus, filios cædens,
 Cum sis vir, pugnas cum muliere, ciens,
 in templi cathedra castra subinde locans,
 nec Jova, nec Jovis, tamen fulminans
 in terra i. e. in cælo gratiæ
 Lege Dei terrendo, æstu iræ illius torrendo.
 masculæ prosternens fœminas
 omnes lædens, feriens nullos,
 ense illo, qui non oculos perstringit; atares,
 infligens vulnera, quæ non palpantur, tamen dolent,
 absque sanguine, nisi dolor album cruorem exprimat.
 Sed mox verbis vulneratos, verbis eurans
 scî quid sit medicus, quid medicina minus.
 Neutrûm alii Tibi sint; aliis Tu utrumque maneto,
 sauciatis commendans, quod venum non prostat.
 Maxima de minimo sit vulnere facta cicatrix,
 Quæ studium vitæ dicitur esse novæ.
 Videbis funestos dies multos, habeas nullos.
 Ex duobus malis magnis minus eligere
 valeas semper, eligas nunquam.
 Nec, majorum honorum & onerum Candidate,
 Ex candore precor, nigro signere lapillo,
 sed fias

ex Ministro τῆ λογῆ τῆ θεῶ, τῆς θεολογίας Licentiatius,

ex Philospho Doctore Theosophus,

ex Confessionario privatissimo, Publicus Professor,

ex admodum Juvene de CANUS,

ex Poëta Nobili, Rhetor illustris, Rector Magnificus.

Nunc Cæsareus, tunc Regius,

dum ferenti Laurum, præferetur Sceptum.

Nunc Substitutus uni, tunc Præpositus plurimis,

imo Superintendens Generalis gratia specialissima,

& virtute Individuali, hoc est Tibi propria.

Nunc Romanus extra Latium, tunc Ephorus extra Græciam.

Nunc pullus Ecclesiæ Pater, tunc albæ gallinæ filius.

Salam ad fundendos, si vocitère, sales,

hoc est, si Jecha Jenam invitere, futurum est,

ac à δέμω veniens Ἀκαδέμω clocaberis,

aut à Schwvartzenburgo Vitebergam,

à nigro nomine ad album montem.

Et tunc Ruta suis Corylum plantabit in hortis,

Prodigioque novo Germania docta rigabit Ungariam,

infvetum numen dabit incrementum,

propullulante, quæ crescit,

crescente, quæ viret,

virente, quæ florēt,

florente, quæ fructus fert,

fructus, ad fluvium, quæ vult loca sicca, ferente.

Quæ ego scribo in Futuro, scribes Tu in Præsenti,

quippè

omne istud faciet, qui fecerat ex nihilo omne.

Dabit ille, ut hæc dies sepiissime oriatur,

nec eam nox præcedat, nec sequatur.

Jam itaque abs Te discedo, apud quem non fui,

Cui nondum: Salve, dixi, jam dico: valebis.

Illam relinquo, quem non accesseram.

Non tamen, atqve Bias, mea portabo omnia mecum.
Dabo Tibi, quod habes.
Te seruet teneatqve Deus, quo schismata perdas.
Ne lateat anguis in herba, in herba opprimas hæreses,
opprime, ut surgant hæretici
(mala herba) ad meliorem frugem redituri.
Exatpa lolium, & si quæ nascuntur, avenas,
usqve dum terram colens, terra fias,
qui in agrum ibas, iveris in agrum,
qui zizaniam everuncasti, ipse triticum collectus,
de vivo exanimis factus messor manipulus,
ad cœlestia horrea transporteris.
Differat illa Deus, sed non tamen auferat ista.
Ergo vire, florere Dei quo vinea possit,
ubi, ex vite ferente botros, in vinitorem ferentem vites
Mutatus, steriles rescabis falee racemos,
quoad ipse resectus inferaris illi viti veræ,
i. e. pro fatigio accipias mercedem gratuitam, quietem,
dum nutante globo terræ, obdormiveris.
Tunc claudente mundo oculum, Tuos aperies,
Vespere mundi facti, fies Hesperus,
infra terram detrusus, supra horizontem elevaberis,
sole mundi in occasu, Justitiæ in oru
momento æternitati adscriberis,
in crepusculo auroram,
in cœca nocte lucem inveniens inaccessam,
Protrahat illa Deus, non plane subtrahat idem.
Is Te custodiat, ut amittas Thuringiam,
inventurus, secus quam reliquisti, Thurocium.
Anhelat Te exulem a patria, in patria exul,
Reverendum Pater, Reverendum Filium,
Stephanus Lieffinsky/ Samuelem Nitschmann/
quis patet Bohemus Genitor, Germanam subolem.
Ne desit Montanis Ungariæ, quo abundant plana Campaniæ
fatagit transplantare in sterile fraxinetum fructiferam vitem
in qua dum Vinum quærit, perdit oleum,
& operam, dum data opera id facit.
Sæpe lactatur, nec saturari potest.
Littus arat, in mediis fluctibus constitutus,
imo in Continente est, & tamen varie jactatur.
Quia filius extra Ungariam vivit, ille intra Angariam moritur,
quia ille apud se non est, extra seipsum est.
Redeas proinde ad illum, ut ille ad se redeat.
Tu hic deficias, ne ille ibi se conficiat.
Sed perficiam telam.
Te humanum vigilem excubiis divinis,
Te Angelum Ecclesiæ Jechæ nuper creatum, Angelo increato,
Te pastorem, agno, qui scelus omne tulit,
Et, qui ovis es, Te pastori commendo fidei.
Tu interim præsta, quod præstat,
facere potes in abscessu, quod in accessu nequivisti,
i. e. fave illi, quem fovere non poteras,
Aut modo mente fove, qui Tibi corde favet,
Unus nostra duum donec trahet omnia

FINIS.

Ung VI 4

(x 2743293)



U 17
U 18





V I R O
Summe Reuerendo, Clarissimoque
 D O M I N O
SAMVELI
CORYLI

aliter **Ritschmann /**

Thurocio - Vngaro ,

Sapientiae & liberalium artium Doctore, Poetae
 Laureato Caesareo , Pro-Pastore Jechen.
 sis Ecclesiae uigilantissimo &c.

Domino Fautore, Cui & Amico summopere
Uenerando, colendoque

recolenti Onomasticum

ad VII. Cal. Septembris clo lcccIII

Pietatem testaturus

Witteberga in Saxonibus

mittit


M. DANIEL JESSENSKY de KIS JESSEN ,

Thurocio - Vngarus ,

Poeta - L. C. SS. Theol. Stud.

WITTENBERGÆ ,

Literis Johannis Hakii.



nia
 regis :
 gendò;
 s Polo,
 verè!
 tu diu